

mini relatum num. 171. occurrit Suar. c. 18. cit. in fine, quod eum ibi dicitur, electionem esse, & secundum gratiam, & secundum iustitiam, sensus est, quod intentionem esse gratiæ, & solius voluntatis Dei, quoniam, ut ibidem dicit, quos voluit, hos elegit, quoad executionem verè esse iustitiæ, & quoad hoc dicit, illos eligi, qui de se non præsumunt. Verum superius nu. 125. iam diximus, Aug. ibi intelligere electionem gratuitam ad ipsam gratiam, & vocationem, quæ nullo modo est ex meritis, ut Vasquez intendit, non autem electionem ad gloriam per modum intentionis, ut exponit Suarez; Sed quamvis hoc totum concedamus Vasquez, nil tamen inde contra nostram conclusionem sententiam, cum enim inquit Aug. ibi, electionem ad gloriam esse secundum iustitiam, & dependenter à meritis, non loquitur de electione ad gloriam in quocunque ordine, sed tantum secundum ordinem executionis; & quamvis ibi per electionem secundum gratiam non intelligat electionem ad gloriam secundum ordinem intentionis, ut explicat Suarez, quia vera loquitur de electione gratuita ad ipsam gratiam, & ibi tamen frequenter electionem ad gloriam per modum intentionis appellat Aug. electionem gratiæ, vel secundum gratiam, ut satis constat ex toto art.

180. Secundo principaliter arguit Pennotius ex lib. de gratia, & lib. ar. c. 8. ubi hanc questionem, quam præ manibus habemus. August. proponit in terminis, Si vita æterna operibus bonis redditur, sicut dicit Scriptura, quomodo gratia est vita æterna; ad Rom. 6. & respondit ista questio nullo modo mihi videtur posse dissolvi, nisi intelligamus, ipsa bona opera nostra, quibus æterna redduntur vita, ad gratiam Dei pertinere, quam resolutionem habet etiam de corpore, & gratia c. 13. patet ergo, August. in hac questionis resolutione recurrere præcisè ad hoc, quod gratia ad bona opera datur nobis sine meritis, adeo quod Deus in nobis sua dona coronat; at si Augustinus agnovisset voluntatem aliquam efficacem dandi gloriam ante prævisa merita, quæ sit omnino gratuita, planè ad illam recurrere debuisset, ut ostenderet, quod ex hoc præsertim capite gratia Dei est vita æterna, & quod adhuc gloria gratis nobis donari dicitur, etiã si decreverit illam nobis non conferre, nisi ex meritis; signum ergo est, Augustinum nunquam hanc voluntatem agnovisse dandi gloriam gratis per modum intentionis.

Respondendo, præterquam quod tritum est, locum ab auctoritate negativæ parum efficacitatis habere, optimè argumentum retorquetur posse contra inefficacem, & generalem voluntatem dandi gloriam hominibus, quam Adversarii admittunt in Deo, etiam de mente Augustini, ut notavit Ariaga sec. 4. cit. quia voluntas illa est ante merita, & gratuita, & ex illa provenit, quod homines habeant merita, ergo debuisset Augustinus ad illam voluntatem generalem recurrere, & dicere etiam ex eo capite, gloriam esse gratiam, quia saltem temotè provenit ex voluntate gratuita generali salvandi, quod enim nos de efficaci deoemus, dicunt Adversarii de inefficaci; respondet deinde directè ad argumentum, quod licet voluntas dandi gloriam sit in se gratiosa, id est non possit merita, quia tamen non est gratiosa ex parte objecti, ut ostensum est, idè non posse ullo modo ad eam reduci, quod sit gratiosa, sed debere in ipsa merita id referri; sicut quod alter à se, & non ad instantiam meam haberit voluntatem vendendi mihi equum, non potest esse causa, ut ego dicar habere equum gratis, si pro illo solvi meam pecuniam, nec ullus erit tam stolidus, ut idè dicat, me gratis hunc equum habere; diceret verò casu, quo ipse vendens donasset mihi pecuniam, ut illum emerem, ut in casu nostro de meritis, quia nobis donat Deus ad comparandam gloriam. Hac solutio subtilis quidem est, ac metaphysica, non tamen exactè difficultatem solvit, nec mentem Aug. aperit, quoniam difficultas ab Aug. proposita loc. cit. de gratia, & lib. arb. cap. 3. est illa eadem, quæ adducta est art. præced. nu. 149. si gloria est merces, & tanquam præmium, labore est nobis comparanda, quomodo ergo est ex gratia, & gratis nobis decernitur, & datur; ad hoc autem argumentum à ratione meriti ductum, respondit Ariaga disp. 35. sec. 2. aliud esse, & voluntatem aliquam esse in se liberalem, scilicet gratiam, aliud verò, eam esse liberalem ex parte objecti, quod declarat communi exemplo venditionis equi, & concludit, voluntatem dandi gloriam esse liberalem, & gratiosam ex parte actus, non tamen esse gratiosam ex parte objecti, scilicet gloriæ, sed onerosam, quia non vult eam conferre, nisi per merita; & sic declarat, quomodo gloria sit merces, & præmium, danda, ac decernenda ex meritis, ex parte objecti, & quomodo gratis adhuc datur, ac decernatur quantum est ex parte ipsius voluntatis in se; hæc autem tota responsio videtur ex integro applicari posse eidem difficultati, ut ab Aug. proponitur, quantumvis enim gloria nullo modo sit gratiosa ex parte objecti, sed onerosa, & venalis, quia tamen gratis datur, quantum est ex parte divinæ voluntatis, potest in hoc sensu dici gratiosa, ut nimirum à tali voluntate dependet, quæ in se est libera, & ex puro Dei beneplacito ortum ducit;

poterat ergo Aug. uti hæc doctrina ad explicandum dubium, ab ipso propositum, cur gloria dicatur gratis nobis donari, cum Deus illam decernat, ut debuit nostris operibus; cum ergo sit eadem difficultas, quæ ab Aug. proponitur loc. cit. & quæ proposita est n. 149. sane si per eam solutionem difficultatis evacuatur ibi, pari modo difficultati præsentis satisfieret, & ex tali gratuita voluntate dandi gloriam potuisset optime declarare Aug. quo pacto non implicet, Deum velle liberalem, & ex gratia dare gloriam, & si mul. c. date possit tanquam mercedem, & quomodo tandem gratia sit vita æterna, & adhuc bonis operibus reddenda, tanquam merces, quæ est questio ab Aug. proposita.

Respondetur ergo melius, & magis ad Augustini intentionem, quod re vera difficultas, ut ab ipso proponitur, non est omnino eadem cum difficultate supra proposita num. 149. nam quæ ibi proponitur, non loquitur de sola retributione gloriæ temporali, sed in tempore reddenda, sed loquitur etiam de voluntate Dei æternæ, quam nos ibi diximus sub ratione intentionis præcisè inspectam esse in se gratuitam, & liberalem, quantum est ex parte actus; sub ratione verò executionis, ac æternæ dispositionis esse onerosam, & respicere gloriam formaliter, & expressè dandam ex meritis prævisis sub ratione mercedis, & præmi, at verò difficultas ab Augustino proposita est præcisè de retributione temporali gloriæ sub ratione mercedis, quoniam in Scriptura habetur, quod gloria etiam, ut in tempore danda, & reddenda operibus nostris dicitur gratia, & ex gratia datur gratia Dei vita æterna, & sic respondet, gloriam etiam, ut in tempore dandam sub ratione mercedis adhuc dici dari nobis ex gratia, quia nobis datur ex meritis in divina gratia fundatis, & Deus in nobis sua dona coronat; ita expressè proponit questionem August. cap. cit. 3. & in eodem sensu eam ibi resolvit, ac ulterius declarat cap. 9. sequenti, cum inquit, gratia autem Dei vita æterna, ut hinc intelligeremus, non pro meritis nostris Deum nos ad æternam vitam, sed pro sua miseratione perducere, ex quibus ultimis verbis expressè patet, ipsum loqui tantum de executione, & retributione temporali, non autem de æternæ prædestinatione ad gloriam, & hinc est, quod non meminit voluntatis æternæ dandi gloriam liberaliter, & gratuita, sive efficacis, sive inefficacis, quam etiam Adversarii admittunt; Quod adhuc claritè colligitur ex lib. de corpore, & gratia cap. 13. ubi ad idem probandum adducit illud Jacobi 2. iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam, & inquit, ubi ostendit etiam in illo iudicio, in quo ipsi coronantur, insipientes damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia iudicandos; quibus verbis satis constat de retributione temporali; imò quod majori adhuc reflexione dignum est, ab initio capitis probare volens, certum esse numerum electorum, memorat æternam prædestinationis gratiæ decretum, dicens: hæc de his loquitur, qui prædestinati sunt in regnum Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuaturs ex eis; non de his, qui multiplicati sunt super numerum, ipsi autem vocati dicitur, non autem electi, quia non secundum propositum vocati, cum dicit Augustinus, qui prædestinati sunt in regnum Dei, planè loquitur de electione ad gloriam, non ad gratiam, & sic prædestinati appellantur ab ipso, electi, & secundum propositum vocati, unde per propositum intelligit electionem gratitiam ad gloriam, quæ est prima ratio discernens electos à reprobis; & hæc electionem, & prædestinationem ad regnum, & gloriam esse gratuitam, paulò infra declarat, cum inquit, numerus ergo Sanctorum per Dei gratiam Deivago prædestinatus, donata etiam sibi usque in finem perseverantibus, illuc integre perducitur, ubi notat excludendas Adversariorum cavillationes dicens, cum Aug. loquitur de electione, vel prædestinatione gratuita, semper loqui de electione, & prædestinatione ad gratiam, non ad gloriam, nota (inquam) August. conceptis verbis fecerunt prædestinationem ad regnum, quam indicat primis verbis, à prædestinatione, & electione ad gratiam perseverantiam, quam etiam appellat gratitiam sub nomine donationis; & tandem transiit faciens ab æterno decreto, quo sunt prædestinati, ad executionem temporalem inquit, illuc integre perducitur, & beatissimus servabitur ad æveram sibi misericordiam salvatoris sui, sive cum convertitur, sive cum præstantur, sive cum coronantur, & deinde ostendere volens, quomodo in die iudicii gloria reddenda sit, non solum tanquam merces, sed etiam tanquam gratia, quia reddetur meritis nostris in sua gratia fundatis, subdit namque, & tunc esse illis Dei misericordiam necessariam, Sancta Scriptura testatur, qui coronat te in misericordione, & misericordia, ubi per verbum, tunc significat misericordiam Dei nobis participandam in retributione faciendâ in die iudicii, ut ibi prosequitur; Itaque vides, quomodo Aug. agnovit æternam prædestinationem gratitiam per modum intentionis spectatam, & tamen ad eam non recurrit, ut ostendat, vitam æternam reddi nobis in tempore, non tantum tanquam mercedem, sed etiam tanquam gratiam pro gratia, ut loquitur Aug.

ex Job. 1. sed tantum recurrit ad gratiam nobis in tempore collatam, quæ facit, opera nostra esse vitæ æternæ meritoria; & id non alia de causa, nisi quia, ut dixi, loquitur præcisè de retributione gloriæ temporali, non autem de voluntate æternæ dandi gloriæ ex meritis; nam si de hac locutus fuisset, quomodo, scilicet sit ex meritis, & adhuc dicatur gloria nobis gratis decerni, recurritur utique ad voluntatem gratitiam dandi gloriam; per modum intentionis præcisè spectatam.

181. Tertiò arguit Pennotius, & Faber auctoritatem ex libro de prædest. Dei, ubi cap. 2. & 3. distinguit duplex genus prædestinationis, alterum alligationsis, & potentæ, alterum conditionis, & iustitiæ, & docet, prædicationem iustitiæ, quæ homo prædestinatus est ad præmium, vel penam, esse ex prævisione operum nostrorum, & hæc sententiam, ait Pennotius, adeo manifestè ab Aug. doceri, ut contrarium sententibus nullus alius respondens modis idoneis videatur, nisi negando, illum libitè esse D. Aug. quam aise esse Erasmi censuram, & quibusdam coniecturis reprobare nititur. Ad id aliam auctoritatem ex lib. de gratia, & lib. arb. cap. 16. ubi explicat in quo sensu reiciat sententiam Pelagianorum, qui dicebant, electionem, aut prædestinationem fieri ad gratiam, sive ad gloriam factam esse ex meritis prævisis. Sed cum dicit Pelagiani, hæc esse solam non secundum meritum nostram gratiam, quæ homini peccata dimittuntur, illam vero, quæ datur in fine, id est æternam vitam, meritis nostris præcedentibus reddi, respondendum est eis, si enim merita nostra sic intelligerent, ut etiam ipsa dona Dei esse cognoscerent non esset reprobanda ista sententia, quoniam verò merita humana sic predicant, ut ea ex se merito habere hominem dicant, ex quibus patet, Aug. reicere solum prædestinationem ad gloriam factam verò ex meritis nature, ut asserbat Pelagiani, factam ex meritis in gratia fundatis non solum nunquam ab eo impugnatam fuisse, sed maxime probatam, adeo ut inquit Aug. quod si Pelagiani de ista loquerentur non esset illorum sententia reprobanda.

Respondendo more solito, Pennotius hic arguit, & replicare, tribuendo nempe Hereticis aliquam sententiam ad rem fidelium spectantè, si eam quoque asserbat Doctores Catholicos illi ad veritates in aliqua opinione, ut eam reddat odiosam, quemadmodum supra notavi n. 62. Nego iurati in primis, libellum illi de prædest. Dei esse D. Aug. germanum, & hoc notarunt non tantum Erasmus, sed & Lovanenses in suis censuris ante libros Augustini, & Bellarminis lib. de Scripturis Ecclesiasticis in Aug., & lib. 2. de gratia, & lib. arb. c. 14. ad 5. & quamvis Vasquez quos de disp. 89. n. 77. nititur ostendere, librum illum Aug. Augustini esse, quia in eo reperit doctrinam suam sententiam de prædestinatione conformem, adhuc tamen, si ipse fatetur, ibi in eo libro non fieri formem de prædestinatione secundum consuetam Augustini phrasim, quod ei sufficere debebat ad certum iudicium librum illum Augustini non esse; Sed quando etiam concederet, librum esse Aug. esse, adhuc quæ ibi habet, & nobis non offerebat, ubi ait, ex præsentia igitur offensionis aliene, ut ipsi sibi prædestinavit, sicut ex præsentia virtutis prædonator, ubi iter renumerationem, sed prædestinationem non dixit absolute prædestinationem, sed prædestinationem remunerativam, quoniam ultra ecedens dimis, fieri ex præsentia virtutis, sicut ex præsentia offensionis fieri prædestinatio ad ultionem, unde n. 148. dicebamus quoad prædestinationem remunerativam prædestinatos proportionaliter reprobis opponi, scilicet enim his prævisis meritis vult æternam gloriam; saltem ergo est, quod dicebat Pennotius, nos aliam modum idoneum non habere respondendi huic auctoritati, quam negando, librum esse August. Ad alium locum ex libro de gratia, & lib. arb. patet ex dictis n. 83. Augustinum ibi in sententia Pelagianorum distingere, quid possit salva fide concedi, & quid non; cū enim dicebat, prædestinationem nostram ad gratiam, vel ad gloriam ex meritis prævisis esse factam, inquit Aug. prædestinationem ad primam gratiam nullo modo ex meritis salva fide poni posse; quod si sermo fiat de prædestinatione ad gloriam, ut fit ex meritis, ait Aug. id posse dupliciter intelligi, vel quod fiat ex meritis puræ nature, & hoc rursus inquit citrà errorem in fide teneri non posse; si verò intelligatur, quod fiat ex meritis in divina gratia fundatis, ait, non esse reprobandam hæc sententiam, tanquam errorem in fide, quia hic pûctus non spectat ad materiam fidei, sed sub disputatione relictus est; quare non video, quomodo ex illis Augustini verbis, quod si in hoc sensu suum placitum explicent Pelagiani, non esset reprobanda ista sententia, deducat Pennotius, hæc sententiam fuisse ab Aug. nedum impugnatam, sed maxime probatam, nam si hæc sententiam veram putasset, non tantum dixisset, non esse reprobandam, & posse ad prædest. sed positive affirmasset, esse approbandam, esse amplectendam, unde ex illo loquendi modo supra deducebamus colligi, Augustinum potius oppositum sensisse, licet eam non reputaverit errorem in fide, qualem reputat prædestinationem ad gloriam ex puris meritis nature asseram, ut Pelagiani ferebant.

Quattò arguit Faber ex lib. 83. q. 68. profus Deus, cuius vult miseretur, & quem vult, inducat, sed hoc voluntas Dei iusta esse non potest, venit enim de occultis simis meritis. Nec satisfaciit responso communis cum magistro 1. de 41. quod Aug. retractaverit hoc dictum lib. 1. retract. c. 23. quoniam ut bene notat Scotus 1. d. 41. q. un. non invenitur talis retractatio apud Aug. licet loco allegato videatur retractata quedam alia verba illius questionis 68. ex quo colligit Magister, etiam retractasse illum verba adducta; quæ tamen infirma est coniectura, ait Scotus; imò potius ex eo, quod quædam eisdem questionis verba retractaverit, quedam non colligitur, non expressè retractata esse ab ipso tacite approbata. Deinde ex lib. expositionis quarundam propositionum Epistolæ ad Rom. tom. 4. in fine, ubi ait, nec prædestinavit aliquem, nisi quem præservit, crediturum, & securum sanctorum vocationem, quos electos dicit, quam propositionem neque retractat lib. 1. retract. c. 23. licet quædam alias retractet illum propositionem. Tandem addit quedam alium prolixè discussurum ex lib. de vera, & falsa penitentia cap. 16. quo explicat Aug. quomodo Deus velit omnes homines salvare, non velit peccatum alicuius, & quod si quis peccat, & damnatur, non est tribuenda culpa Deo; ex quo discussur præterit Faber suam deducere sententiam.

Resp. has auctoritates ad rem non facere, non quidem primam, quia non loquitur ibi de electione ad gloriam, sed ad justificationem, quam electionem secundum ordinem executionis attribuit dispositioni ad justificationem, tanquam merito de congruo, unde post verba in objectione adducta subrexit, præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quævis iustificatio non sine digni efficiuntur justificatione, & ut præcedat in aliis peccatoribus, quo digni sint obtinere, nimirum quia ut sepe docet ipse Aug. homo de congruo meretur justificationem licet non primam gratiã, quæ ad justificationem disponitur. Ad aliam dicte intelligendam esse secundum ordinem executionis, in quo ordine præsentia absoluta meritorum utique præcedit electionem ad gloriam, quo etiam modo exponende veniunt alie auctoritates conformes, & cum ait de prædest. Sanc. c. 17. eligimus ante mundi constitutionem prædestinamus nos in adoptionem filiorum, quia per Dei gratiam sancti, & immaculati sunt utriusque, & c. 17. in 30. qui enim digni eliguntur, & c. 23. de tempore multo scire volunt, quare hunc dignum habet, & illum indignum; audi o homo, hunc dignum habet pro bonis operibus suis, illum habet indignum pro operibus suis malis loquitur enim Aug. in his, & similibus locis de voluntate executiva gloriæ, quæ proprie est remunerativa, quam nullus Catholicus negat, esse post prævisa merita, & se illis conformare; quod verò fuerit simul alia voluntas ordine intentionis prior, Aug. nec ibi, nec alibi negat, imò frequenter affirmat. Ad ultimam quamvis plures dubitent, librum illum esse August., tamen ex eo toto discussur nihil concluditur ad rem, quia cum nostra sententia optime coheret, quicquid ibi docetur, quod scilicet Deus voluntate generali velit omnes salvare scilicet, & sincero, nec velit peccatum alicuius, aut damnationem, ut patet ex dictis num. 163.

Quintò instant alii Aug. de prædest. Sanc. cap. 3. sic arguere, 184 ad probandum prædestinationem ad gratiam esse omnino gratuitam, si prima gratia daretur ex meritis, collectetur prædestinatione gratuita; ergo cum certum sit, gloriam dari ex meritis, consequentia Augusti tenet etiam in proposito de gloria è diverso, ergo non datur gratuita prædestinatio ad gloriam. Deinde lib. de bono persever. cap. 18. inquit hoc scio meminem contra istam prædestinationem, quam secundum scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisset; sed prædestinatio ex meritis prævisis non est error contra scripturas, nec contra fidem; ergo hæc reicere nequit Aug. Demum eodem lib. de bono persever. c. 14. & 17. probat, suam doctrinam de prædestinatione utilitatis, & fructui prædicationis non adversari, ut obijcerant Semipelagiani, sicut constat ex epistolis Prosperi, & Hilarii art. 3. citatis; at sententia de electione ad gloriam ante prævisa merita adversatur utilitati, & fructui prædicationis, quia valde turbat fideles; ergo hæc nequit esse Augustini sententia.

Respondendo, hoc esse argumentum, quod Pennotius cit. supra n. 144. obijcebat ex Aug. nullum citans locum contra ordinem intentionis, & executionis, & sicut ibi dixi n. 146. disceptur hinc in Augustino me invenire non potuisse; ita nunc refero rursus, c. illo 3. de prædest. Sanc. mini me reperiri, solum enim ibi habet ad propositum nostrum hæc verba, quæ utique non est gratia, si eam alia merita præcedunt, ne iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum meritum, reddatur potius meritis, quam donec, ubi de sola externa gratia collatione fit sermo, ut ex contextu patet, non autem de æternæ gratiæ prædestinatione sine meritis, quod si ex prædictis Augustini verbis velint Adversarii illam deducere argumentationem in proposito de gloria, negatur paritas ex ibi dictis, cum n. gratia ex essentiali ratione gratiæ neque detur de facto, neque dari possit ex meritis, alioquin gratia non esset, ut arguit Apollonius Rom. 11. hien

manifeste sequitur gratia per merita prædestinati non posse; at gloriam cum sit ex se indifferens, ut dari possit ex meritis, vel sine meritis, ex eo quod de facto detur ex meritis, non sequitur, necessarium fuisse quoque ex meritis prædestinatam, quæ tam est ex fide ratione foris, licet id ex extrinseco ei cõtingere possit. Ad 2. duplex apud Augustinum prædestinatio reperitur, altera ad gratiam, altera ad gloriam, prima salva fide nequit dici ex meritis, ut dicebat Semipelagiani, bene tamen secunda ex modo dictis. 182. August. igitur de prima loquitur, non de altera, ut ex ipso contextu liquet, nam immediate ante allegata verba loquitur de electorum vocations, quam nulla merita præcedere possunt, nequim in ipsa, neque in præscientia, unde ab initio c. 19. se probasse dicit in præcedentibus, ut gratiam Dei gratia sicut credenda atq; prædicanda est per omnia credentes per omnia prædicent; Quod autem Augustinus præter gratia prædestinationem pertinetem ad si lem sit etiam per connexionem materiam inter se locutus de prædestinatione ad gloriam, disputatio I theologorum relicta, & propria de ipsa sententiã tulerit, constat ex superius dictis. 83. & 93. & quod si hæc ponatur esse ex prævisis meritis, non sit sententiã reprobanda tanquam contra fidem, constat ex loc. citat. lib. de gratia, & lib. arb. cap. 6.

185 Ad 3. negatur minor ut constat ex dictis art. 1. num. 48. & 49. ubi ostenditur eibargumenta, quibus id probant. Adversarii contra nostram sententiã de efficaci electione ad gloria sine meritis, aequè bene militare etiam in eorum sententiã contra efficacem electionem ad gratiam sine meritis; quod autem nostra fuerit August. quoque sententiã, ex eo potissimum constat, quod contra eam sententiã Semipelagiani obiciebant, tanquam August. doctrinã, quod impediret fructum prædicationis ex testimonio Prosperii, & Hilarii ep. cit. & Aug. respondendo objectioni in illis duobus libris de Sanct. præd. & bono perseverantiã nunquã negat, sententiã de prædestinatione gratuita nedum ad gratia sed etiam ad gloriam ante meritum prævisionem, sibi à Massiliensibus adscriptam fuisse, aut malè ab eis intellectam, neque aliquid de novo profert, quod indicet, illam mutasse sententiã, sed in ea sententiã sibi adscripta de prædestinatione gratuita persistentem, respondet negando, illam fructu prædicationis, nisi impedire, & ex illa fideles turbari non debere, quod variis ita agit exemplis, & instantiis persuadere, cap. 14. nam dicitur Deus dare quibuslibet fidem, & bonam voluntatem, & bona opera, & quibuslibet non dare, & nihilominus ad hæc omnia hortari, & initio c. 16. ait dicitur ergo verum, & capiat, qui possunt, ne forte cum taceatur propter eos, qui capere non possunt, non solum veritate videtur, verum etia salutate capiuntur, qui verum capere possunt, at verò prædestinatio ex prævisis meritis est facilis, & obvia, quia omnes capere possunt, & ad sedendas animi turbationes, nec circa hoc mysterium vulgaribus videtur satis idonea; ergo cõ ad eam Aug. non confugiat ad elidendam Massiliensium objectionem, signum est evidens, ab ea alienum fuisse, & cap. 15. inquit, ista cum dicitur ita nos à confidentia Dei gratia, id est, quæ non secundum merita nostra datur, & confidentia secundum eã prædestinationem sanctorum deterere non debent, sicut non deterentur à confidentia præscientia Dei, si quis de illa populo sic loquitur ut dicit, si vobis nunc rectè videtur, si vobis non rectè, tales vos eritis postea, quales vos Deus futurus esse pronoscit, quicquid enim si hoc audire, nulli in torpore, segnitiaque vertantur, propterea de præscientia Dei putandum est esse, quod dictum est; & cap. 17. in fine inquit, quod dicitur, prædicationem prædestinationis audientibus plus de desperationis, quam exhortationis afferri, hoc est dicere, tunc de sua salute hominem desperare, quado spem suam non in seipso, sed in Deo didicit ponere, at ex duabus sententiis in hac controversia vertentibus, quævis verum sit, utraque spem nostræ salutis in Deo reponere, tamen negari minime potest, quod opposita sententiã spem nostræ prædestinationis magis in homine reponit, quam nostrã, cum illa ponat eam totaliter dependentem ab operibus nostris, licet in divina gratia fundatissimam in ordine intentionis, quam executionis, nostra verò in secundum ordine tantum, at in primo ponit eam dependentem à sola Dei misericordia; ergo ex præfatis Aug. verbis colligitur, magis pro nostra sententiã stitisse, quæ magis in Deo nostræ salutis ac prædestinationis spem reponit, quàm opposita. Deinde in eodem capite per totum semper urget Massilienses ad hominem, qui esto assereret, de dantiu ex parte liberi arbitrii primæ gratia meritum, concedebant tamen, & ipsi contra Pelagianos secundam gratiam dari, & donati ex libera Dei voluntate, & non ex operibus nostris; ergo idem quoque dici poterit de donatione ipsius primæ gratiæ, & de prædestinatione ad gloriam saltem in ordine intentionis, quod sit merè gratuita; & sicut prædicatio de prædestinatione gratuita ad secundam gratiam apud eos fructum prædicationis, neque exhortationis excludit, ad alia opera bona ad iudicium secundæ gratia faciendã, ita neque prædicatio de gratuita prædestinatione ad gloriam talem fructum impedit prædicationis.

186 Ex his omnibus exemplis, instantiis, & probationibus,

contendit Aug. ostendere, nam de prædestinatione doctrinã non impedire fructu prædicationis, nec exhortationes ad bene vivendum, nec homines in desperationem inducere debere, sic arguunt; vel loquitur Augustinus de prædestinatione ad primam gratiam, quæ sine illis datur meritis, & ex merito Dei beneplacito, vel de prædestinatione ad gloriam; si primũ frustra contra nos adducitur, cum de tali prædestinatione hic non sit sermo, & ipsi quoque cum omnibus Catholicis ultro fateatur, hæc esse omnino gratuitam, neque ob id impedire fructu prædicationis; si vero loquitur de prædestinatione ad gloriam, cur ad elidendam statim Massiliensium objectionem non inquit, hæc prædestinationem fieri ex prævisis meritis, & non esse gratuita, ac proinde ex operibus nostris pendere, quod hic sit prædestinatio, & non ille, sic enim dicit statim arguuntur. Adversariorum posternatur; at nunquam hoc dicit Aug. sed potius concessa sententiã de prædestinatione ad gloriam gratuita, negat consequentiam inde deductam, quod hæc sententiã impedit fructum prædicationis; & argumentum retorquet in Adversarios quoad prædestinationem ad secundam gratiam, quam concedebat, esse omnino gratuitam; quod identidem nos quoque facere possumus in Auctores, cum quibus disputamus, concedentes, ut Catholicos, prædestinationem etiam ad primam gratiam esse omnino gratuitam, & inaequalem; nam licet omnibus universaliter concedatur, non tamen in eodem efficacitatis gradu, nam quibuslibet datur tantum sufficiens, quibuslibet verò etiam efficax; & hæc inaequalitas, ac discretio ex nullo nostro merito dedens, sed ex sola Dei voluntate dependens abque ulla turbatione prædicatur, & auditur; ergo idem pariter asseri poterit, ac debet de prædestinatione ad gloriam, quod sit omnino gratuita, & sola Dei dependens voluntate saltem in ordine intentionis; quandoquidem nihil obicere possit contra inaequalem gloriæ prædestinationem sine meritis, quàm nos docemus, quod pariter contra inaequalem gratiæ prædestinationem non militet, quam omnes esse sine ulla præcedentibus meritis, fide credimus, ut dixi ab initio quaestionis huius n. 58. ut hoc populare argumentum, quod prius fuit Massiliensium contra Augustinum, & tanta aslertitate nostri Adversarii Catholici adhuc urgent, ostendamus, vel nullius esse vigoris, vel aequè bene contra ipsos militare in prædestinatione gratuita ad primam gratiam.

Sexto Augustinus ubique præscientiã cum prædestinatione 187 conjungit, ac anteponit, in prædestinationem per ipsam præscientiam describit, & omnes cõcedit, loqui de præscientia absoluta, nam conditionata non sufficit ad aliquem ab solute prædestinandum, vel reprobandum, ut sæpe dictum est; ergo sententiã, prædestinationem esse factam ex absoluta præscientia meritum; consequentia patet, probatur antecedens, nam de bono perseverantia cap. 14. prædestinationem definit inquit, hæc prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quam præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur, & cap. 16. de prædest. sanctorum, quæ preparatio Dei, ut in illis ambuletis, prædestinatio est, quæ sine præscientia non potest esse, potest autem sine prædestinatione esse præscientia, & cap. 17. electi sunt aut mundi constitutionem eã prædestinationem, in qua Deus futura sua facta præscivit, & ca. 19. cum ergo nos prædestinavit, opus suum præscivit, qui nos sanctos, & immaculatos facit, & eodem modo loquitur lib. de spiritu, & litte. a. cap. 5. per Spiritum sanctum diffundit charitatem in cordibus eorum, quos præscivit, ut prædestinaret. Nec suffragatur communis responso, Augustinum hoc, citi, loqui de præscientia absoluta consequente decreto prædestinationis, & in illo decreto fundata, nam contra est, quod præscientiam præponit decreto dicens, prædestinatio est præscientia, & preparatio beneficiorum, tum quia ait, prædestinationem, quatenus est preparatio, non posse esse sine præscientia, posse autem sine prædestinatione esse præscientiam, at præscientia consequens prædestinationem, & in prædestinatione fundata non potest esse sine prædestinatione, ut patet, per præscientiam ergo, quam ponit in descriptione prædestinationis non intelligit præscientiam absolutam, consequentem, sed antecedentem prædestinationis decretum; ergo intelligit præscientiam absolutam, in qua fundatur prædestinationis decretum, quia ordo prioris inter actus divinæ providentiæ non est, nisi à quo, & dependenti.

188 Respondeo, quando Aug. præscientiã prædestinationi conjungit, loquitur de præscientia consequente decreto ipsi prædestinationis, in qua fundatur, non autem antecedente, ut expressè colligitur, & de præd. Sanc. c. 17. cum ait, electi sunt ante mundi constitutionem, eã prædestinationem, in qua Deus futura sua facta præscivit, quibus verbis plenissime docet, præscientiã meritum in decreto prædestinationis fundari, ac eo dependere, non autem e contra; & quando de bono persever. c. 14. præscientiã anteponit decreto prædestinationis, nõ sic loquitur, ut ostendat loqui velle de scientia absoluta antecedente decreto, sed ut contra Pelagianos, & Semipelagianos explicaret, quæ præscientia

tia Deus præsciat opera nostra bona, & dicit, Deum ea præscire, quia ipse in nobis facturus est illa, & quia nobis illa preparavit, & voluit, ut illa habeamus, non autem præscire, quia illa simus ex nobis habituri, ut illi asserant, unde cum ait, prædestinationem esse præscientiam, & preparationem, id est, ac si dicit, esse præscientiam in preparatione fundatã, hoc enim punctum præcipue contendebat Aug. contra hereticos illos demonstrare. Nec urget, quod obiciebat secundum August. non posse prædestinationem esse sine præscientia, posse tamen sine prædestinatione esse præscientiam; enim verò etiam sine præscientia consequenter prædestinatio esse non potest, quia inseparabiliter in prædestinatione fundatur, non autem quia prædestinatio fundatur in præscientia; cum è contra ait, præscientiam sine prædestinatione esse posse, planè nõ loquitur de præscientia boni in prædestinatione fundata, sed de præscientia mali, vel culpæ, ut ibi sese Aug. declarat, cum inquit, Deum præscire malum sed non prædestinare; sicut si quis diceret, Solem sine splendore vel lumine esse non posse, potest tamen lumen esse sine Sole in aere, non utriq; significaret, lumen Solis esse causam Solis, sed effectum, & proprietatem inseparabilem, nec significaret, lumen Solis sine sole esse posse, sed aliud lumen sine sole esse posse; quod si interdũ Aug. præscientiam cum prædestinatione ita coniungit, ut significet, præscientiam esse rationem prædestinationis, tunc intelligendus est, ac explicandus secundum ordinem executionis; vel si loquitur secundũ ordinem intentionis, ita debet intelligi, ut nõ causam, sed effectum electionis assignet, postea explicabimus, in hoc sensu Pat. esse locutus in objectione seq.

189 In stat. Amic. num. 67. quia Aug. de corp. & gratia aperte docet, nostram salutem ex parte Dei incipere à vocatione secundum propositum, quæ vocatio secundum ipsum est electio ad gratia, sibi etiam docet, prædestinatos dici non ad prædestinatos, sed ad gratiam, quæ vocatio prædestinatos passet, eligi ad gloria independentem ab eorum meritis prævisis, potius dixisset, illos ad non prædestinatos dici ferri electione ad gloria. Respondeo, me rursus jam eadẽ a micro negasse supra n. 94. docere loc. cit. Aug. prædestinatos dici non ad prædestinationis præscientiam, tanquã per rationem primariam, & antecedentẽ ipsi prædestinationis decretum, quod addo, quia bene cõcedi potest, præscientiã esse rationem discernentem inter hos, & illos, consequentem tamẽ, & concomitantem, hoc est dependens ab ipso prædestinationis decreto, quã necessitò consequitur; & quævis doceret ibi Aug. prædestinatos, à non prædestinatis discerni per electionem ad gratiam efficacem perseverantibus usque in finem, non tamen inquit, hæc esse primariam radicem talis discretionis, imò cõceptis verbis hæc radicem docet, esse electionem ad gloriam ipsã, nam primò dicit, debemus intelligere, neminem posse discerni nisi quod hoc donum habet, quis quis habet, quod gratia salvatoris accepit deinde paulo infra explicans, quale sit hoc donum; docet electionem ad gratiam, elegit eos in silio suo ante constituitur mundi per electionem gratiæ, & sic gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia, & immediate post magis de claris subiecit, illi ergo electi, qui secundum propositum vocati, qui erant prædestinatos, atque præsciti, quibus verbis propositum, quod est radix vocationis, declarat, esse prædestinationem ad gloriam; & hoc decretum prædestinationis anteponit præscientiã, ut ostendat, præscientiam non esse primam radicem discretionis prædestinatorum à non prædestinatis; & tandem, ne quis etiam putaret electionem ad gloriam, de qua locutus erat, & dixerat, esse rationẽ discretivam illorum ab istis, esse rationem omnino primam, declarat paulo post, hanc omnino primam radicem discretionis esse electionem ad gloriam, dicens, electi autem sunt ad regnandum cum Christo, quo nihil præclarioris, & expressius dicit ab Aug. poterit; tẽgiveritates verò, & extortiones Adversariorum, quod per electionem ad regnandum cum Christo August. non intelligat electionem ad gloriam, quæ est regnum Dei jam præclarissimum, n. cit. 94.

190 Postremo aggerant, & exaggerant aliorũ Patrum auctoritates grandine frequentiores in expositione textus ab Rom. 8. quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui nam Hieron. ait, quos prævidit conformes in vita, voluit facere conformes in gloria. Ambros. quos præscivit, futuros sibi devotos, ipsos elegit ad promissa premia capessenda. Fulgent. ad Monim. c. 14. prædestinavit ad regnum, quos ad se præscivit, redimimus Prop. ad cap. Gallorum ad 3. objectionem, quia Dei præscientiam non latuit, nec fessellit, sine dubio talem nunquam elegerit, nunquam prædestinavit, & lib. 2. de vocatione gentium c. ult. frustriã dicitur, quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur, ut electi sint, Theophylact. præcognoscat Deus eis, qui vocatione digni sunt, deinde sic prædestinat, prior itaque est præscientia, postea sequitur prædestinatio. Oecumen. quos præscivit, hos etiam prædestinavit, quia secundum propositum sunt, quia secundum proprium propositum crediderunt, & sic à personarum respectu Deus liberat; Orig. prævidit præscientia Dei, per quã nascuntur, qui in se laborer, & virtutes habituri sunt, & ita prædestinatio sequitur.

Massili in sent. Tom. I.

Sedulius, quos præscivit, credimus, hos vocavit, vocatio volentes colligit. Theod. preparavit Deus ad gloriam, quos, dignos cognovit per finem. Damasc. adversus Manich. bona agere contendimus, ut in eorum simus num. quos Deus bonos fore pronovit, atque ad æternam vitam præordinavit. Hilari. in p. 64. non res indifferenti iudicii electio est, sed ex meritis delectu facta discretio est. Beda lib. variarum q. 13. Cum Dominus bonos ad vitam prædestinavit, ita eos prædestinavit, ut ipsa sua prædestinatione meritis, & operibus nostris obtineatur. Chry. in id Math. 20. serviri n. c. Nam autem nati sitis, quia sciebam, vos huiusmodi futuros, hæc vobis à me preparata fuere. Ansel. de præd. & lib. arb. c. 2. Sicut præscientia, quæ nõ fallitur, non præscit nisi veritatem, ita prædestinatio, quæ non mutatur, nõ prædestinat, nisi sicut est in præscientia. Et Hier. rufus Epist. 150. q. 10. non salvati irrationabiliter Deus, & absq; iudicii veritate, sed causis præcedentibus. Clem. Roman. Apost. Petri discip. 3. recognitionum. Prævidens Deus, quod ista postestas arbitrii alios quidẽ faceret, bona eligere, alios mala, per hoc in duos ordines necessarii propagandum esse hominum genus.

191 Respondeo, me satis mirari non posse, quomodo Adversarii, & præsertim Amic. allegatas adducant auctoritates tum veterari, promiscuè, & sine ullo delectu, cum nonnulli expressè loquantur de electione ad primã gratiam, & eã ponant ex meritis prævisis, quod est Semipelag. dogma; hoc manifestè tangitur in auctoritate Theophylacti loquentis etiam de prædestinatione ad vocationem, & sic etiam loquitur Sedulius; Oecumenius etiam per propositum, secundum quod vocati sunt Sancti, interpretatur propositum eorum propositum, quæ erat Massiliensium interpretatio, contra quos non semel inculcat Aug. quod habet de corp. & gratia c. 7. electi sunt autem, quia secundum propositum vocati sunt, propositum autem non sum, sed Dei. Origin. verò variè circa materiam de prædestinatione exaravit, & inter ceteros errores Pelag. hæresis radicem posuit, ut passim Auctor. notant, errores loquentis modum etiam nonnulli alii Patres fuisse fecerit, ut Eulius observavit p. 41. s. 8. dicens Theodoretus Originem in commentario secutus merito cum illo relictur, ut Theophylact. & Oecumenius, qui aliena scribunt ex Originis fontibus de propria suis commentariis inferuntur, quos proinde in materia de gratia Dei cautè legendos iam dudum quidam magistri adhibere ad notandum prævident admonuerunt. Cautè igitur legendi sunt, ac benignè interpretã di Patres, tam Græc. quam Latin. qui antè Pelag. & Massil. hæresim scripturam, ut sæpe monet Aug. cum de prædestinatione, & gratiæ necessitate loquantur, quia tunc toti erant ad lib. arb. defendendum contra Manichæos, unde in disputando adeo interdum arbitrii libertatem extollunt, ut gratiam illi postponere, & meritis liberi arbitrii totum tribuere videantur, ut elegantè observat Doct. 2. d. 3. q. 10. ex C. Bon. ibidem art. 3. q. 1. dicens, frequenter Sancti exinguntur contra se hæreses pullulantes excessivè locuti sunt volentes declinare ad aliud extremum, ut pervenirent ad medium, & ita multum ponderandum est, contra quos hereticos Sancti sunt locuti. Cum ergo aliunde constet, illos Patres de gratuita prædestinatione ad gratiam, & gratiæ necessitate rectè sensisse, si aliquando contra Manichæos disputando dicunt, vel indicant prædestinationem ad gratiam esse ex meritis benignè sent interpretandi, ut nimirum loquantur de electione temporali ad fidem, vel justificationem, ut sensus sit, Deum eligere homines, quos, & quando novit, vocanti obtemeratur, quo proinde loquendi modo non significatur prioritas præscientiæ respectu electionis æternæ ad gratiam, vel gloriam, sed prioritas præscientiæ respectu temporalis executionis quoad donum fidei, & justificationis; & hoc modo Bellarminus libro 2. de gratia, & lib. arb. cap. 16. nonnullos interpretatur Patres, sic loquentes.

192 Patres verò illi loquantur de electione ad gloriam, eamque dicunt, fieri ex meritis prævisis in gratia fundatã, ita ut præscientia videatur ratio prædestinationis, quatuor præsertim modis explicari debent, ac intelligi; Primus, & frequens explicandi modus est, ut loquantur de electione æternæ, quæ significatur ab æterno, ut mercedem, coronam justitiæ, & ita præsertim loquantur explicantes illud Math. 20. non est meum dare vobis, & 25. venite benedicti Patris mei, ubi clarè sermo est de ipsa gloriæ executione, ex dictis n. 148. cum ubi hæc gloriæ executio ex nostris pòdat operibus, ac proinde divina voluntas dandi gloriam ex meritis multo magis homines ad bene operandum incitet, quàm alia prior Dei voluntas ex misericordia, hæc de causa Scripturæ, & Patres frequentissimè illam, quam istam inculcant; satis tamen est pro nostra sententiã, quod ita loquantur de voluntate justitiæ dandi gloriam ex meritis, ut alia quoq; misericordie, & interdũ exprimat, & admittat, atq; ita exponi debent. Ambros. Chrysothomus, Damascenus, & alii sic loquentes. Secundus modus est, quod si Patres interdũ ita loquantur, ut merita nostra prævisã sint ratio electionis ad gloria, & loqui videatur secundu ordinẽ etiam

etiam intentionis, ita debent intelligi, ut loquantur de causa effectus electionis, non autem de causa ipsius electionis, sic venit intelligendus Prosper loc. cit. cum ait, *electi etiam ad hoc operari, ut sint electi*, & quod ait Theophylact. in nostra potestate esse electos fieri, & auctoritates alie consimiles, non enim sensus est gratiam Dei, nostramque cum ea cooperatione esse causam electionis ad vitam æternam, cum electio ad gloriam sit in ordine intentionis causa electionis ad gratiam, & ad cooperationem cum illa, sed sensus est gratiam, vel nostram cum gratia cooperationem esse causam effectus electionis, ut bene animadvertit Smitine. q. 8. n. 60. ad eod quod in nostra sit potestas fieri electos, non quia in nostra potestate sit eligi, sed consequi effectum electionis, & in eodem sensu electi ad hoc operantur, ut sint electi, non quidem ut eligantur, sed ut electionis effectum consequantur, supposito semper divine gratia adiutorio. Tertius modus est, quod cum Patres ajunt, Deum prædestinare, sicut præcivit, voluerint solum judicare concomitantiam præscientie cum prædestinationis decreto, non vero antecessione præscientie ad tale decretum, quo sensu loqui videtur Ansel. loc. cit. cum inquit, *prædestinationem non prædestinare nisi sicut est in præscientia* imo per illam comparationem, quam facit præscientie ad futurum, & prædestinationis ad præcivit, videtur docere velle, quod sicut non dicitur aliquid futurum, quia Deo præcivit, quasi præscientia sit causa futurationis rei, sed quatenus præscientia est infallibile signum futurationis rei, & cum sit certa, & infallibilis, ita res rei, sicut ad Deum præcivit, ex dictis d. 13. n. 91. sic etiam patet cum dicitur, Deum prædestinare, sicut est in præscientia, non est hoc intelligendum, quasi præscientia sit causa prædestinationis, sed quia ex præscientia deducitur illative prædestinatio, ut causa ab effectu. Quartus tamen modus est, quod nonnulli Patres nomine præscientie, quæ ante executionis electionem in Deo ponitur, intelligant ipsam esse causam, & absolutam salvandi decretum, quod propter summam ejus efficaciam, & certitudinem æquivaleret ipsi scientie visionis, quo sensu intelligendum venit illud ad Rom. 8. quos præcivit, & prædestinavit, ex jam dictis n. 73. quæ explicacionem ibi dixi esse August. de bono per sev. c. 18. ubi inquit, *aliquando prædestinatio significatur etiam nomine præscientie, sicut ait Apostolus non repulit plebem suam, quam præcivit hoc, quod ait, præcivit, non retulit intelligitur, nisi prædestinavit*, quod deinceps tunc probat, prædestinationem explicans per electionem sine meritis; cum ergo aliqui Patres voluntatem exequendi gloriam ponunt post præscientiam, non hinc, necessarium deducitur, prædestinationem post præscientiam dari, quoniam à Scriptura, & Sanctis, ut Aug. docet, præscientia sumitur interdum pro gratuita prædestinatione, & electione; quare sicut ante illam voluntatem iusticie ex meritis datur præscientia, ita quoque datur alia voluntas eligens, & prædestinans sine meritis, ad ordinem intentionis spectans.

ARTICULUS OCTAVUS.

Occurrit Objectionibus à ratione ductis.

Primo obijciunt à ratione meritis, & temporali retributione gloria, quia repugnat, prædestinatos eligi ad gloriam sine meritis, & in tempore illam non recipere absque meritis, quandoquidem Deus non dat aliter gloriam in tempore, quam ab æterno dare decrevit, alias vel mutaret, vel non impleter decretum; cum ergo de fide certum sit, electos non recipere in tempore gloriam, nisi ex meritis, non potuerunt in æternitate eligi absque illis. Conf. nam velle gratis aliquid dare, & postea non dare, nisi ex titulo oneroso ex iusticia, repugnantia sunt, non enim possent illi duo tituli simul conjungi, unus siquidem includit negationem alterius: ergo sicut in tempore datur gloria, non gratis, sed ex oneroso titulo meritorum, ita electio ad illam ex eodem titulo facta est. Demum, si antequam merita existant in præscientia Dei, absolute Deus decrevit homini dare gloriam efficaciter; ergo nullus relinquatur locus meritis, ut in alio signo dari possit eorum intuitu.

Respondet, hoc argumentum ex meritum efficacitate deductum ubertim solum esse ad n. 149. ut que ad 163. exponendo Scripturas, in quibus significatur, gloria nobis conferri, ut præmiu, & mercede, negatur itaque repugnantia in argumento assumpta, non enim nos asserimus, Deum per primum omnino decretum dandi gloria, per modum intentionis spectatum velle dare gloria positive sine meritis, sive positive merita excludendo, ut nobis perpetuo imponitur in hoc argumento; sed tantum negative, & præcive, imò etiam dicimus, decretum illud esse onerosam ex parte objecti, quatenus includit merita etiam positive, non quidem formaliter, & per modum intentionis expressè sed virtualiter tantum, & implicite modo explicato n. 152. & 159. solumque dicimus, decretum illud esse gratiosum ex parte actus, quod satis explicatum est n. 154. exemplo venditionis equi, ubi voluntas vendendi gratiosa ex parte actus non in-

fer donationem equi gratiosam, sed venditionem pro iusto pretio; diximus deinde, aliud decretum sequens per modum executionis dandi gloria esse ex meritis prævisis, & proinde esse formaliter, & expressè onerosum, & ideo neque ex vi primi decreti per modum intentionis spectati, neque ex vi secundi per modum executionis sequitur, Deum in tempore dare gloriam aliter, quam ab æterno decrevit, quia etiam ab æterno decrevit illam dare ex meritis, per primum quidem decretum virtualiter, & implicite, per secundum vero formaliter etiam, & explicite; Et n. 161. ostensum est, hoc argumentum habere etiam instantiam in Adversariorum sententia, qui dicunt, Deum ab æterno voluisse efficaciter per modum intentionis copiam tritici, prout quam intelligatur decernere de mediis, an scilicet hoc debeat exequi per pluviam, vel per serenitatem, & tamen in tempore prius pluviam produci, quam copiam frumenti; ergo nisi ad nostram recurrant responsonem, sequitur, Deum in hoc casu aliter res in tempore producere, quam decreverit ab æterno. Ad Conf. concedo repugnantiam duplici illius tituli, si ly gratis semper se teneat ex parte objecti, repugnat siquidem, me Petro simul donare, & vendere meum equum; at si ly gratis se teneat ex parte actus tantum non repugnat, illam eundem actum habere rationem venditionis ex parte objecti, nam ut velim vendere Petro equum meum, nullus me cogit, nec datur mihi pecunia, ut velim vendere, unde quantum ex parte elicitiois actus, hæc volitio in se est gratiosa, & liberalis, nihilominus tamen ex parte objecti ea volitio non est gratuita, & liberalis, non enim est de donando equo, sed de vendendo, unde licet gratis habeam eam volitionem, non tamen per illam volo equum gratis dare, sed ex iusto pretio, sic in proposito vult Deus ex sua libertate, & gratuito mihi gloriam vendere, quia non solum mihi non tenetur gloriam donare, sed nec etiam vendere; sed ex parte objecti ea voluntas adhuc est onerosa, quia non vult gloriam dare gratis, sed propter meritum, quod totum bene declaratur est n. 154. Ad ultimum nego consequentiam, quia in illo priori signo non decrevit dari gloriam sine meritis positive merita excludendo, sed potius ea includendo virtualiter, & ex parte objecti, & ideo bene relinquatur locus nobis meritis, sicut, non obstante volitione vendendi equum in se liberali, relinquatur locus, ut per iustum pretium acquiratur equus; in quem nullum acquirerat emptor, nisi data pecunia; unde hoc solum exemplo totum diluatur argumentum ab efficacia meritorum deductum, ut bene animadvertit Artaga disp. 3. s. c. 2.

Sed Contra hanc solutionem denuo insurgit Amicus sec. 4. n. 83. 89. & 90. & probare contendit, Deum etiam in omnino illo primo decreto dandi gloriam, per modum intentionis spectato debuisse merita reprecivisse, non tantum virtualiter, & implicite, sed etiam formaliter, & explicite, nam beatus creature est finis remotus, & minus principaliter ab ipso intentus, finis vero proximus, & magis principalis respectu sui est propria ipsius gloriæ; ergo ex vi intentionis talis finis magis principalis, quam n. 120. ait esse efficacem, prius vult merita nostra, quam n. nostram glorificationem; consequenter probat, quia Deus in decernenda nobis gloria magis respicit ad gloriam suam, quam ad gloriam nostram, sicut Princeps cum proponit præmiu certatibus, magis respicit ad gloriam propriam, quam ad gloriam ipsorum certantium; sed major gloria redundat in Deum ex meritis nostris, quam ex ipsa glorificatione nostra, quoniam merita sunt actiones liberè elicitæ à creatura in obsequium ipsius Dei, gloria vero est actio necessario producta, actio autem eod est honorificior alteri, quo liberius in ipsius obsequium exhibetur; ergo Deus etiam in ordine intentionis prius vult merita nostra, quam nostram glorificationem. Conf. quia Deus magis movetur à gloria, & honore proprio, quam à gloria, & honore nostro, nam universa propter semetipsum operatur est Dominus proverb. 16. ergo in decernendis mediis ad talem suum finem magis principalem obtinendum prius respicit ad merita, quam ad gloriam nostram, quoniam merita sunt magis honorifica Deo, quam ipsa glorificatio nostra. Conf. ad hæc, in decernenda nobis gloria non tam respicit ad bonum præmiu, quam ad bonum, & gloriam suam propriam, que Deo principalius obvenit ex liberis nostris meritis in ipsius obsequium impensis; igitur non potuit in gloria nobis decernenda moveri ex meta, & sola sua liberalitate, nullo habito respectu ad merita nostra in ipsius obsequium exhibita, cum hæc sit principalis ratio, quam Deus in suis omnibus operibus intendit. Demum non potuit Deus decreto intentionis non intendere id, quod in majorem sui redundaret gloriam, nempe velle prædestinari gloriam, ut præmiu operum in ipsius obsequium impensorum, & proinde prius ratione debuit velle merita, quam gloriam; non potuit autem prius ratione velle merita, nisi prius ratione illa prævideret, ut absolute futura, quia merita non voluit, ut parum finem, uti voluit nobis gloriam, sed ut obsequia in ipsius honorem exhibita, & consequenter, ut prævisi scientia visionis; cum scientia conditionata ad hoc non sufficiat.

Respon-

Respondet, hoc argumentum cum suis confirmacionibus, cui adeo fuit Amicus, manifestam habere instantiam in voluntate generali, & inefficaci dandi gloriam omnibus, quam ipse quoque admittit in Deo ante prævisia merita absolute futura; nam etiam in hoc generali decreto magis respexit Deus ad gloriam suam, quam ad gloriam nostram, ut ipse exemplificat de Principe proponente præmiu certantibus, & in tali generali decreto intentionis non potuit non intendere id, quod in majorem sui redundaret gloriam, nempe velle omnibus gloriam, ut præmiu operum in ipsius obsequium impensorum; ergo prius ratione debuit velle merita, quam gloriam, quod tamen, & ipse negat de hac voluntate generali n. 120. ubi concedit, aliquam simplicem saltem finis voluntatem semper præcedere efficacem electionem mediolorum, eorumque prævisionem. Deinde motivum exaltationis, & gloriæ Dei, unde argumentum deducitur, potius probat oppositum, quam propositum, siquidem major gloria redundaret in Deum, si vitam æternam nobis omnino donaret, ac sine ullo titulo oneroso, quam illam dando fibi tali titulo, nam eo modo magis divitiis gloriæ suæ ostentaret, ac demonstraret iuxta illud Isaie 30. *Exaltabitur Deus parcens vobis*, sine ullis præcedentibus meritis, imò præcedentibus demeritis, tunc enim Deus se generet nobiscum, ut misericordiosissimus Pater, ac liberalissimus Princeps, ubi modo interveniente debito dandi gloriam meritis nostris se gerit per modum iusti Iudicis, atque ideo tanta gloria non redundat in ipsum ex meritis nostris, quantum, si daret gloriam absque ullo respectu ad merita. Tum quia meritorie actiones, quas modo facimus ad beatitudinem consequendam, licet à nobis fiant in obsequium Dei, tamen sunt etiam ad nostrum interesse, & propter retributionem iuxta illud Psalm. 118. *inclinaris cor meum ad faciendas iustificaciones tuas propter retributionem*; et si Deus gloriam omnino gratis nobis decerneret, tunc actiones illæ in solum ipsius obsequium fierent à creatura; ergo major gloria in Deum rediret ex illis. Tum quia hæc ratione pariter probari possent, si in prædestinatione ad gloriam, sed etiam ad gratiam, fieri ex meritis, nam etiam in decernenda nobis gratia magis respicit Deus ad gloriam suam, quam ad gloriam nostram, & quia etiam actiones naturaliter bonæ in obsequium moris, & ex solis nature viribus possunt à nobis fieri in obsequium Dei aliquo modo, cum sint actiones liberè elicitæ à creatura, possent ad talem fidem consequendum huiusmodi naturalia merita respicere, & consequenter ex huiusmodi meritis suam gratiam nobis dare, & præparare. Tum etiam quia possent aliqui dicere, Deum nobis præparare ex meritis vitam æternam potius, quæ gloriam nostram, quam suam, cum bonorum nostrorum absolute non egeat, quæ ad modum Pater filio suo dignitate desiderans, ut illum majore suo cum honore, & fama cõsequatur, procurat, ut non gratis, sed per propria merita illum consequatur, ut notat Licher. p. d. 41. *f. dubitatur*, ex Scot. 2. d. 5. q. 1. ad 1. ubi ait, gloriosius esse nobis habere beatitudinem ex meritis. Tum tandem quia etiam merita nostra sint actiones liberè elicitæ in obsequium Dei, ideo quoque ex ipsius redundat gloriam in Deum, attamen etiam ipsius gloriæ consequendo libera est, non enim solum liberè mereatur, sed etiam liberè gloriam consequimur; ergo cum glorificatio nobis majus bonum sit, quam ipsa iustificatio, major gloria redundabit in Deum ex nostra glorificatione, quam ex meritis nostris præcedentibus, & ad eam ordinat; ergo à primo ad ultimum hoc argumentum ex Dei exaltatione deductum probat potius Deum nobis gloriam omnino gratis præparare, & sine ullis meritis, quam eam præparare titulo oneroso meritorum, uti voluit à Deo scilicet creaturæ, non autem de sine sibi volito, ut etiam Adversarii fatentur ex hoc capite prætendentes Scoti rationem infirmam, *omnis ordinatè volens etc.* ut visum est art. 4. ergo frustra recurrit Amicus ad gloriam, & honorem Dei, quem ait esse finem ipsius proximi, & magis principalem, ut hinc ostendat, merita prius esse volita, quam gloriam nostram.

Hinc ad argumentum sub n. 194. negatur consequentia, ad cuius probationem negatur minor cum ejus probatione, nam major gloria Deo obvenit ex nostra glorificatione, quam ex nostra iustificacione, & meritis, ut potè ex communicatione majoris boni, & magis ostensiva divitiarum majestatis ejus, & gloriæ, sumpta pro visione, vel fruitione (alioquin satis improprio actio decreteret) sit actio necessario producta, nihilominus sumpta pro glorificatione, hoc est, consecutione gloriæ hæc non est actio necessaria, sed libera, non enim liberè solum gloriam mereatur, sed etiam liberè eam consequimur; neque actio, solum eod est honorificior alteri, quo liberius in ipsius obsequium exhibetur, sed quo magis in solum ejus honorem exhibetur, & non alio titulo v. g. propter aliquam retributionem, ut in proposito contingit de meritis nostris. Ad Conf. negatur consequentia cum ejusdem probatione ob eandem rationem, possent etiam negari antecessens, quia hic est ser-

Magistri in Sent. Tom. I.

mo de sine alteri volito à Deo, scilicet creaturæ, & non sibi ipsi, ideoque quod ad æternam vitam nobis conferendam mediis meritis moveatur à gloria, & honore nostro, ut explicatum est in exemplo Patris, dignitatem filio desiderantis, quam ut cum majori gloria, & honore sibi comparat, procurat, ut non gratis, sed per propria merita illum cõsequatur. Ad aliam Conf. negari potest tum antecessens, tum consequentia ob rationes adductas ex quo etiam patet, quid sit dicendum ad ultimum. Aliam quoque inducit Amicus objectionem, n. 99. ex positiva reprobatione malorum, que sicut est facta ex prævisis demeritis, ita quoque iustorum electio ex prævisis meritis, quia utraque est à Deo viatoribus proposita, ut meta, & finis presentis certaminis; ad quam satis dictum est art. 6. n. 148.

Secunda obiectio ex ordine obiectorum.

Secundo obijciunt ex ordine obiectorum inter se, nam ordo 197 decretorum Dei sumendus est ex ordinis obiectorum inter se, in re autem respectu divine voluntatis merita se habent, ut media moralia, que vult magis Deum ad dandam gloriam; ergo sicut in re gloria datur propter merita, tanquam propter aliquid prius, ita ab æterno gloria est volita propter merita, ac proinde merita prius sunt volita, siquidem, ut Deus conferat gloriam, moveatur à meritis factis ex gratia. Conf. ex Aug. qui sentit, Deum in tempore conferre effectus prædestinationis eo modo, quo ab æterno decrevit illos dare; at in tempore conferat gloriam ex meritis, ut omnes fatentur; ergo neque ab æterno decrevit eam dare, nisi ex meritis, major probatur, nam lib. de prædest. Sanc. cap. 10. ait, *inter gratiam, & prædestinationem hoc tantum interesse, quod prædestinatio est gratia preparatio, gratia vero iam ipsa donatio*, si nihil aliud interest; ergo non interest quoad ordinem preparationis, & executionis; sed inter que est dependentia in executione, inter eadem est ordo in preparatione, & Fulgentius lib. 3. de veritate præd. circa medium sicut continet prædestinationis æternitas, sic implet prædestinantis Dei misericordia, & iuxta methastas, & lib. de incarnat. & gratia cap. 11. non aliter perferit in opere, quam in sua æterna voluntate habet dispositum, & lib. 1. ad Monimum ante medium *Deus sicut in prædestinatione semper habuit, sic per gratiam, sicut prædestinaverat, facit, ubi voces illæ comparative sicut, sic, non aliter aperte significant, ordinem prædestinationis, & executionis simile esse. Demum quia de divina voluntate, & executionis simile esse phylosophari debemus per analogiam, & ordine actuum ejus quoniam quia de divina voluntate, & executionis simile esse, quia non possimus aliter concipere voluntatem divinam, neque in illa invenitur secundum se talis ordo actuum, sed à nobis concipitur propter illam, vel similem analogiam; sed si Rex aliquis proponeret præmiu certantibus, atque ea lege, ut nullus eo potiretur, nisi qui victor esset, certe nunquam decerneret absolute, & efficaciter dare præmiu, quantumvis eum amaret, antequam victorem videret; quod si præmiu esset evetus, & sciret, illum victurum, ex præcivita victoria posset apud se statueret dare illi præmiu, nec deberet in tempore expectare victoriam; cum ergo Deus ita proponat gloriam omnibus, ut dandam legitime certantibus, licet quia est futurorum præcivus non debeat in tempore expectare victoriam, expectat tamen in æternitate secundum rationem, ut intuitu illius conferat; unde licet etiam plus quibusdam desideraret præmiu vite, æternæ, quam aliis, antequam videret victoriam, eis nimirum, qui-bus meliorem gratiam ad gloriam promerendam conferre decrevit, qui prædestinati dicuntur; nulla tamen ratione affirmandum est, illis efficaciter gloriam voluisse, nisi prævisi victoria, & ratione illius, tanquam causæ meritorie; quæ conclusit Vasquez, cujus sunt istæ rationes c. 9. quod sive sumamus ordinem divinum decretorum ex ordine obiectorum, sive ex analogia, & similitudine ad mentem humanam, electio ad gloriam poni debet post meritum provisionem.*

Respondet, in primis argumentum habere instantiam in voluntate generali inefficaci dandi gloriam omnibus, quæ Adversarii admittunt in Deo ante voluntatem dandi media gratia, & frustra nigrur Turrian. dub. 6. hanc instantiam evadere, et voluntas inefficax gloriæ, ut talis non habet effectum aliquem, & ideo illarum voluntatum ordo non potest fumi ex ordine effectuum per connexionem causalitatis. Et enim licet voluntas illa generalis non habeat effectum respectu gloriæ, habet tamen effectum respectu mediolorum gratia sufficienti, quæ quidem omnibus exhiberi in virtutem illius generalis voluntatis, fatetur ipsi quoque Adversarii, ut illam voluntatem generalem salvandi omnes defendant, esse veram, & sinceram; tum quia voluntas illa generalis antecessens, etiam respicit ipsius gloriam saltem in prædestinatis impletur, & sic consequens, & tamen in intentione præcedit mediolorum voluntatem. Tum quia saltem in mediis, qui sunt causa physica finis consequendi, instantia evitari non potest, quandoquidem ipse Vasquez ibidem num.

T 3 78. in

ad prævisionem nostrorum operum, quandoquidem hac ratione præsertim dicant citati Patres, reprobationem ad voluntatem Dei consequentem spectare; qui tamen loquendi modus nobis non officit, imò mirabiliter favet, cum non hoc modo spectare dicant divinam prædestinationem ad voluntatem consequentem. Prævidit hoc Vasquez disp. 83. capit. 3. n. 17. ubi ait, non solum consequentem dici debere voluntatem, quæ ex nostro vitio ortum dicit, sed etiam eam, quæ ex bonis operibus nascitur, qualis est efficax voluntas dandi gloriam, quam noluit in exemplum adducere Damascenus, eo quod ipsa gloria quodammodo volita sit à Deo antecedenti voluntate, & ideo ut assignaret exemplum illius, quod nullo modo, antecedenti voluntate volitum est à Deo, attulit penam, cujus voluntas ex nobis omnino occasione caput. Hoc tamen gratis omnino dicitur, quia si semel distinguuntur voluntas antecedens, & consequens, eo quia hæc ex præscientia operum nostrorum originem ducat, illa verò ex sola Dei voluntate antè talem prævisionem, si voluntas dandi gloriam pertinet ad primum membrum, non videtur postea in eodem intentionis ordine ad secundum revocari posse, qua ratione Beccanus, tract. 1. capit. 11. quæst. 1. etiam si defendat sententiam de prædestinatione nobis adversam, ait tamen, talem voluntatem esse antecedentem, licet parum coherentem id asserat, ut notavimus disp. 4. n. 100. Tum quia præfati Patres asserunt, voluntatem dandi gloriam ex solo Deo præcisè originem ducere, & non ex nostra causa, seu prævisione nostrorum operum; ergo ad voluntatem antecedentem spectare censent, non ad consequentem; Nec juvat dicere, illos loqui de voluntate tantum inefficaci, qua vult omnes salvari, non autem de efficaci, quam habet tantum respectu aliquorum, & non omnium; licet enim id explicite asserant de inefficaci, tamen hoc quoque consequenter intelligendum est de efficaci, cum ex eadem Dei bonitate procedat, sicut illa; tum quia loquendo de voluntate consequente ad eam præcisè reducunt reprobationem, nulli propositi mentione facta de prædestinatione.

Tertia Objectio ex determinatione graduum gloria.

270 **T**ertio arguitur ex determinatione graduum gloria, nam si electis decreta est gloria, & beatitudo antè prævisa merita, cum hoc decretum non sit confusum, erit de gloria danda in tanto, vel tanto gradu, consequens est falsum; ergo & antecedens; consequentia probatur; quia si ex eo, quod Deus preparavit gratiam & media efficaciam, intulimus, voluisse illis efficaciter prævis gloriam, ex eo etiam, quod preparaverit illis tantam gratiam, & tantam merita in gradu determinato, inferretur etiam, voluisse prius illis dare gloriam in tanto, & determinato gradu; falsitas verò consequentis probatur, quoniam gloria juxta gratiæ & meritorum mensuram communicatur; ergo ut prædestinetur electus ad tantam, vel tantam gloriam, debent prius ejus merita esse prævisa; Confir. quia hinc sequeretur, inquit Amicus n. 75. non posse hominem in hac vita semper proficere ad majorem perfectionem, nec majorem semper gloriam promereri, quod manifestè pugnat cum frequentibus Scripturæ exhortationibus, quibus suadentur ad majorem semper tendere perfectionem, ut Apoc. 22. qui sanctus est, sanctificetur adhuc Mat. 5. perfecti estote, sicut pater vester cælestis perfectus est ad Ephes. 6. Coloss. p. & 4. Jacob p. qui parvè seminat, parvè & metet; probatur sequela, quia dato casu, quo electus perveniat aliquando in hac vita ad gradum sanctitatis determinatum, cui tantus gloriae gradus correspondet; si ulterius multo tempore vivat, non poterit amplius in gratia, & in merito crescere, quantumvis ad ulteriorem sanctitatis gloriam conetur, quare per Deum stabit, quod homo non fiat sanctior, quam sit de facto; Nec satisfaciunt communis solutio, Deum effecturum, quod quando homo ad talem gradum sanctitatis pervenerit, non amplius supervivat. Hoc enim divina bonitate videtur indigni; quasi invideat Deus majori hominis profectui, sique veluti indidietur, ac mortem inferat, ne proficiat ultra gradum gratiæ, & gloriae, & sibi prædestinatum. Et tandem hinc sequitur tepor, & torpor in salutis negotio, nam quis que dicere possit intra se, quid opus est, ut conversionem meam accelerem, aut coner ad profectum? Deus autem prævisionem meam accelera, certum mihi gradum gratiæ, & gloriae prædestinavit, & ut tardè, vel citò ad illum perveniam; neque ultra illum proficiam, determinavit ab æterno, quicquid igitur ego conatus fuero, vel non taliter eveniet, ut ille prædestinavit.

208 Respondent aliqui, quod licet electio ad gloriam absolute loquendo fiat ante prævisa merita, electio tamen ad tantam gloriam, & in quo determinato gradu non est facta, nisi prævisa meritorum quantitate, ita ex nostris Lichetis 3. d. 7. q. 3. lit. A. motus verbis Scoti dicentis merita cadunt sub prædestinatione, sine quibus non ordinaretur de congruo quia ad tantam gloriam sine eis, sicut et eis, quibus verbis Doctor conspicuè significare videtur,

prædestinationem ad tantam gloriam supponere merita in præsentia; & ideo inquit ibi Lichet, quod in illo priori non prædestinatur tibi Deus tantam, vel tantam gloriam, sed præcisè prædestinatur ad gloriam absolute; Oppositum tamen communiter nostræ sententiæ Auctores tenent, Suarez lib. 1. de prædest. cap. 10. Vulpes disp. 36. ar. ult. Smilinch. q. 8. n. 174. Lezana disp. q. 5. concl. 2. Cornexo citatus ab ipso, & alii, quod planè evincitur per eam Scoti rationem, qua probat, sua intentionem absolute præcedere mediorum electionem, quia in ordine intentionis hæc ab ea procedit, omnis ordinatè volens, prius vult finem, quam media ad illum, cum hæc velit propter illum, non enim magis absoluta voluntas mediorum ex voluntate absoluta finis exoritur, quam determinata voluntas mediorum in particulari ex determinata voluntate finis in particulari; ergo si electio meritorum absolute ex intentione gloriæ absolute exoritur, sic pariter electio tot, & talium meritorum oritur ex gloria præintenta in tanto, vel tanto gradu. Tum quia non solum intentio finis est causa electionis mediorum, sed etiam est mensura electionis mediorum, unde ex voluntate generali salvandi omnes, quia non est absolute efficax, oritur electio mediorum duntaxat sufficientium, ex voluntate verò speciali caræ prædestinatos, quia est efficax, oritur electio mediorum efficacium; ergo pariter electio ad talia, & tanta merita pro hoc electio oritur ex intentione gloriæ in tanto, vel tanto gradu. Tum quia ut in argumento principali dicebant, illa voluntas beatitudinis abstracta, & determinatio gradus est confusa, quæ Deo repugnat; nam illa voluntas est confusa, quæ obiectum non attingit secundum rationem particularem, sed solum secundum quandam rationem communem, & abstractam, talis autem est illa voluntas beatitudinis à determinato gradu abstractantis. Respondet Lichetis, quod finis hominis, ad quem primò, & principaliter prædestinatur, est beatitudo absolute sumptis, ita verò, vel ita gloria non dicitur absolute ejus finis, sed finis illius sub tali, vel tali merito constituti. Verè hæc solutio eliditur ex argumentis jam factis, & rursus magis directè, quia gloria dicitur finis hominis, quatenus est bonum ejus ultimum, at magis involvit rationem ultimi boni in certo, ac determinato gradu spectata quam absolute, & in communi accepta; ergo & major patet ratio minor, quia in determinato gradu sumpta ad expeditum rationalis creaturæ appetitum proximè ordinatur; & in certo gradu debet ei communicari, ut ejus appetitus expleatur, non autem in abstracto, vel in gradu indeterminato. Confir. quia si quis Romanam Curiam adiret, ut aliquam dignitatem sic in abstracto, & in consilio sibi acquireret, esset utique providentia minus perfecta, quam si ab initio sibi proposuisset certum honoris gradum adipisci, ut Episcopatum v. g. vel Cardinalatum, nam ex hac posteriori intentione ad mediorum electionem tali intentioni commensurata deinde procederet, non sic ex vi prioris intentionis, que est indeterminata, & confusa; cum ergo modus providentiæ Dei specialiter circa prædestinatos sit perfectissimus, dicendum est, in primo signo decernere illis gloriam, nedum in abstracto, sed in tali determinato gradu, & deinde media in alio signo hinc intentioni, & fini commensurata illi disponente, & procurante.

Hoc idem probat Suarez, loc. ex Aug. tract. 68. in Joan. ubi ubi inquit, quomodo dixerit Christus Dominus, in domo Patris mei mansiones multas sunt, & subdidit, vado parare vobis locum, respondet, non mansiones jam esse in prædestinatione, & electione, parati autem gubernatione; idem significavit Bernardus serm. 24. in Cant. Non omnibus uno in loco servi datur gratia, & secreta Sponsi presentia, sed ut cuique paratum est à Patre, non enim nos ipsi eligimus, sed ipse elegit nos, & posuit nos, & ubi unusquisque positus fuerit, ibi erit; pro quo etiam citat D. Bon. to. 2. opus. tract. de septè itineribus æternitatis dist. 1. sect. 2. Neque oppositum tenet Scot. loc. cit. 3. d. 7. q. 3. imò quod diximus non obscure colligitur ex toto illo quæst. de cursu, ut elegat ostendit Smilinch. n. 575, quare cum ait sub lit. A. quod sine meritis non ordinaretur quis de congruo ad tantam gloriam sine eis, sicut cum eis, solum intendit, quod ordinatio ad gloriam tantam non mandatur, ita congruè executioni sine meritis, sicut cum eis non autem vult, quod præordinatio ad tantam gloriam sit etià præordinatio meritorum, vel hæc supponat, meæ etiam ibi intendit Doctor docere, Deum prædestinasse naturam à Verbo assumptam ad gloriam summam, quia prius eam ordinaverit ad unionem hypostaticam, sed solum intendit, talem unionem in ordine executionis esse volitam, ut medium ad gloriam, ut ex illis verbis non obscure deducitur, non tanta gloria fuisset ei conferenda, si non esset unica, quibus verbis manifestè indicat, se esse locutum de ordine executionis etiam in preparatione divinæ voluntatis post electionem ad gloriam in ordine intentionis; adeò quod de mente Scoti nullus remaneat dubitandi locus; quæ Lichet. ipse quoque addidit, si quis tamen tenere vellet, quod in primo signo quilibet prædestinatus fuit ad tantam gloriam, quanta debetur eorum meritis, potest sic dicere, primò quod Deus præ-

210 **Q**uæst. II. An prædestinatio sit ex prævisis meritis. Art. IX. dinavit ad tantam gloriam, secundo quod inavit ad tot merita, quibus præcisè correspondet tanta gloria; ubi tamen advertendum est, hoc præcipuè intelligi debere de gradibus beatitudinis, quod essentiam ejus, ut Suarez adnotavit, loc. cit. & potest etiam extendi ad præmia accidentalium, quæ peccatum non supponunt necessarium; si autem in gloria aliquid accidentale dominum, quod necessario supponit peccatum, illud sub hac prævisione intentionem cadere non potuit, quia necessario supponi debet prævisio, & permisso talis peccatis.

Itaque argumentum principale concessa sequela majoris negatur minor, seu falsitas consequentis ad primam probationem gradus, antecedens, quod scilicet gloria datur juxta meritum, & gratiam mensuram, verificari tantum in ordine executionis, quandoquidem in ordine intentionis inversus observatur ordo, quo datur gratia, & merita juxta mensuram intentionis. Ad Conf. dico, illud peius, quod contra nostram sententiam inferretur, ut absurdum, æquè benè in oppositam retorquetur, & æqualiter omnes impetret, nam omnes admittunt, Deum cuiuslibet electo determinatum gloriam prædestinasse, five ante, five post meritum prævisionem, eamque prædestinationem omnes fateantur immutabilem, in omni ergo sententia urgeri potest, quod dato casu, quod electus supervivat, postquam ad eum gradum sanctitatis, & correspondentem gloriam gradum promeruit, non satisfactis illo decreto ulterius proficere; Ne igitur vel mutandum sit prædestinationis decretum, vel homo incapax remaneat ulterioris profectus, quamvis in hac vita degerit, dicendum est ab omnibus, Deum sapienter sua providentia ita rerum ordinem disposuisse quoad vitæ periodum, ut eum impleta fuerit mensura gloriæ, & gratiæ cuiusque prædestinata five ante, five post meritum prævisionem, tunc quisque præfinitis vitæ curriculum terminet, & meritis suis commensuratum præmium accipiat; neque hoc est invidiosum profectui, sed statuto tempore uniuscujusque, electi laboribus finem imponere, & correspondens præmium tandem conferre, cum omnia in mensura, & numero, & pondere disposuerit; ex quo sequitur, casum in argumento positum, quod electus supervivat, postquam pervenit ad eum sanctitatis gradum, qui commensuratus est gloriæ sibi prædestinata, esse impossibilem de potentia ordinaria. Alterum quoque argumentum de corpore ex nostra opinione inducendum, non minus evidenter reflectit Smilinch. de prædestinatione gratiæ, sic arguens in opposita sententia, Deus ante prævisionem usus meæ libertatem mihi vocem gratiam tali tempore dandam preparavit, quæ si daretur, vidit, me ei cooperaturum, vel non cooperaturum, quicquid igitur egero, vel pro me conversione conatus fuero, illa non succedet, nisi talem mihi præparaverit gratiam, cui me vidit cooperaturum, nec succedet ante illud tempus, quo talè gratiam mihi dare decebit. Uti respondetur, quod sæpe D. Aug. inculcat, huic argumento minime fidendum esse, quia cum tam conversio, quam conatus ipse ad conversionem opus sit gratiæ, & liberi arbitrii, opus est, hominem semper petiti, & gratiæ oblate cooperari, ut fortitur effectum, etiam si Deus prævidet, quid sit futurum, vel non, quia tali prævisio hominis libertatem non impedit ex dictis disp. 3. qui, tum etiam quia illi eodem tempore, quo Deus dat gratiam, cui Deus prævidet, hominem non cooperaturum, possemus tamè ei cooperari, & cum ea conversionem obtinere, ideo nunquam debet homo gratiam præferentem spernere, sed semper adit, ut ei cooperetur, quia sic faciendo, conversionem consequetur, & non faciendo executionem non habet, quia semper gratiam habet administrat sufficientem, qua valet converti, si voluerit; Sic igitur in proposito nostro, licet Deus homini certum gratiæ, & gloriæ gradum prædestinaverit, eundemque consequendi tempus determinaverit ante meritum prævisionem, hujus tamen executionem prædefinitionis intervenit meæ libere cooperationis fieri voluit, & ad hanc insuper cooperationem semper præfinit gratia sufficientes, & interduo efficaciam, unde semper adit, teneor gratiæ & cooperari, etiam tunc, cum non dat gratiam efficaciam, quia etiam tunc saltem meam operari possum, tributur negligentiam meæ, sicut quando habet effectum, tunc dicitur gratia efficax, & principaliter tribuitur ipsi Deo, quare argumentum in illud de corpore ex mysterio prædestinationis deductum est omnino sententia solvendū juxta altam D. Aug. doctrinam.

ARTICULUS NONUS.

Quarta obiectio ex absurdis reconditur.

210 **Q**uarto arguitur, plura ex nostra sententia sequi absurda. Primum est, hæc electionem efficacem ad gloriam ante merita esse superfluum, quia alia quoque assignatur post merita in ordine executionis, quæ sola sufficiat, cum de facto ex vi illius tantum in tempore gloria conferatur electis propter

eadem merita jam præcognita. Tum quia vel hæc electio efficax ante merita esse necessaria, ut homines salventur, vel non, si primum, ergo reprobi, circa quos non fuit illa voluntas, non possent salvari, si secundum, ergo est superflua.

Respondet negando sequela absurdam primam probationem negatur, voluntatem executivam, per quam Deus in tempore gloriam confert ex meritis, excludere priorem voluntatem per modum intentionis, quia isti duo ordines intentionis, & executionis non solum in creatura fed etiam in divina voluntate sicut saltem ratione distinguendi, nec unus excludit alterum, & efficacitas unus in suo genere, non excludit efficacitatem alterius in alio genere, ut fuse declaratum est n. 54. & 161. ubi hoc argumentum solum est, ac retoritur; Ad aliam probationem ait Suarez lib. 1. de prædest. c. 8. n. 48. voluntatem illam efficacem, & antecedentem dandi gloriam prædestinatam non esse simpliciter, & absolute necessariam ex parte ipsorum, quia absolute loquendo affectus simplex, & conditionatus dandi gloriam sufficere possit; tamen ex parte Dei prædestinatis est valde conveniens, vel etiam necessarius, ut perfectam providentiam habere dicatur gloriæ prædestinatorum; sicut enim ad ambulandum ex parte ipsius effectus non est simpliciter necessaria intentio honesti finis, est tamen necessaria ex parte agentis à proposito ut illi effectum convenienti modo efficiat, ita in effectibus divinæ prædestinationis non est necessaria simpliciter, quod ab hac, vel illa intentione Dei procedat, & esse tamen potest conveniens, vel necessarium ex parte ipsius Dei ad convenientem, vel perfecti operandi, & intendendi modum. Verum tamen si verum est, quod diximus art. 4. electionem mediorum efficaciam, & ut talia præcognitorum, arguere in agente efficacem intentionem finis falsum est, quod ait Suarez, in effectibus divinæ prædestinationis non esse necessariam, quod ab hac, vel illa intentione procedat, quare si electio est modum efficaciam pro prædestinatis, videtur necessario arguere in Deo, efficacem intentionem finis. Alii, ut Lezana, dicunt, quod licet ex parte prædestinatorum non sit necessaria hujusmodi voluntas physice, & ex natura rei, quasi contradictionem implicet, illos, circa quos Deus talem voluntatem non habuit, salvari posse, est tamen necessaria quasi moraliter, quatenus nullus de facto salvabitur, nisi qui per talem voluntatem à Deo fuerit electus. At neque id placet, nimis enim durum videtur dicere, peccatorem etiam cum auxiliis gratiæ sufficientibus non habere morale potentiam, ut possit in hora mortis converti, & salvari, tunc enim potius insufficientia auxilia debent, quam sufficientia, unde Trident. sess. 6. impotentiam mortalem solum admittit in ordine ad vitanda venialia, & quidem collectivè omnia; & ex eo quod de facto nullus salvetur, nisi qui ad talem gratiam à Deo electus ad gloriam, non debet tunc morali impotentia, seu insufficientia auxiliorum, sed negligentia nostra, quia ut dictum est num. 164. gratia congruitatem, & infallibilitatem habet à Deo, incongruitatem, & defectum à solo libero arbitrio. Unde obiectio, quæ fit contra nos de electione efficaci ad gloriam, æquè benè procedit contra electionem ad gratiam efficacem, quam omnes admittere tenemur; si enim hæc esse necessaria, ut quis infallibiliter salvetur, jam qui ad talem gratiam non est electus, salvari non poterit, ecce objectionem omnibus communem. Itaque dicendum est, voluntatem illam efficacem dandi gloriam antè prævisa merita utique non esse necessariam ex parte objecti, quia gloria simpliciter, & absolute haberi potest sine illa ex voluntate generali salvandi omnes conditionata, non quidem simpliciter ex vi illius, sed alterius, quæ quædam electionis efficaciam ex suppositione, quod prævidisset, aliquos cooperaturos auxiliis sufficientibus, ex vi illius voluntatis generalis omnibus preparatis, ut dictum est nu. 169. unde etiam sequitur, nullum de facto damnari ex negatione talis electionis efficaciam ad gloriam, sicut fatentur omnes, nemine damnari ex negatione electionis ad gratiam efficacem, & congruè, quia circa omnes habuit voluntatem sufficientem ad eorum salutem, virtute cuius dedit omnibus auxilia sufficientia, quibus salvari potuissent, si per eorum negligentiam non fessisset, ut dictum est numero 156. remanet ergo, voluntatem illam efficacem dandi gloriam ante merita esse necessariam solum ex parte Dei operantis, postea namque quod Deus fecit, hæc media esse infallibiliter connexa cum consecutione talis finis, plane nequit, velle dare hæc media, ut formaliter efficaciter talem finem, ut dictum est numero 107. & talem eligendi modum dicimus à Deo observari de facto, ut constat ex numero, 169. licet alius quoque sit possibilis, qui, quod de facto ad actum non reducatur, non ex insufficientia auxiliorum procedit, neque ex negatione electionis efficaciam ad gloriam, sed omnino ex negligentia nostra, & abusu auxiliorum sufficientium.

Secundum absurdum, quod inferat Amicus num. 69. est, quia si Deus ex seipso antè illa merita prævisa absoluta sua voluntate elegisset quosdam ad gloriam, non habuisset voluntatem salva-